



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

IV. An Dei voluntas contradictionis libertate immediata ad suos actus
gaudeat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

QVÆSTIO IV.

An Dei voluntas contradictionis libertate immediata ad suos actus gaudeat?

Deī voluntatem contrarietatis libertate pollere ex dictis hactenus constat: siquidem velle hunc mundum, & nolle, seu velle non producere, atque ex contrariē oppositis accidentibus velle hoc producere præ alio, libertas planē contrarietatis est non obiectivē, siue ex parte obiectorum solum verum, & subiectivā ex parte voluntatis diuinæ, actumque eius: quandoquidem ex oppositis actibus voluntatis creandi mundum, & nolitionis creandi illum, vel voluntatis producendi calorem in hoc subiecto, & voluntatis oppositæ creandi in eo frigus, pro suo libito potest eligere, eligite de facto Deus: unde necessariō fit. Deum in suæ voluntatis actibus edendis libertate etiam contradictionis mediata vigere, cum actus quilibet ex oppositis, & impossibilibus excludat aduersum, illius positio alterius aduersi negationem inducit, inferque necessariō: quare eadem libertate contrarietatis quæ unus, ad cuius positionem alter excluditur secundario, primariō ponitur, & immediatē, nequit non mediata, & secundariō oppositus actus omitti: quare de libertate contradictionis media talis esse nequit, statuta contrarietatis libertate diuinæ voluntatis ad suos actus quæ eadem mediata contradictionis non esse minimē potest. Sola ergo restat Theologis de libertate immediata contradictionis voluntatis diuinæ ad suos actus concipiendis disputatio, qua nimirum actum eundem independentē à positione oppositi actus, illius suspensione immediate omittere, quia apponat ipsum, vel loco ipsius aduersum: supponitur autem à Theologis hoc ex instituto disputantibus, posse dari in nobis omissionem puram, ne difficultatibus Philosophicis implicentur.

CERTAMEN I.

Negans sententia, consequentiæ examen.

1. **P**artem negatiuam docent Scotus in 1. d. 4. §. quæst. vnic. corp. Marfil. quæstion. 44. art. 2. concl. 2. ad 3. probat. primi argumenti principalis Soar. d. 30. Metaph. sect. 9. numero 59. Fonseca 7. Metaph. cap. 8. quæst. 5. sect. 3. Salas 1. 2. tom. 1. tract. 3. d. 1. sect. 7. sine. Ruiz de Montoia d. 8. sect. med. 3. numero 2. Al. biz d. 6. sect. 3. Antonius Perez valiente d. 6. de volunt. cap. 6. Arriaga d. 28. sect. 1. sub sect. 6. ab initio. Ex iis verò qui diuinarum voluntatum libertatem effectum, vel actione extrinsecam creatam constituunt Vázquez 1. p. d. 79. cap. 3. §. *Quarid de Dei voluntate* Hæricæ disputat. 19. cap. 5. numer. 37. Alarcon disput. 4. cap. 2. Quirós d. 67. sect. 2. Cæterum, quoad ita constituentes Dei libertatem per extrinsecum Doctores, his magna est inter præfatos (qui ex illis, ut diximus) sunt Quirós, & Arriagam: au huius suæ constitutionis actuum liberorum Dei per aliquid extrinsecum absolute defectibile, consequentiam in negatiua præsentē conclusionē feruent: non feruere censet Arriaga, imò ab hac in consequentia acriter eiusmodi constitutionem libertatis diuinarum voluntatum impugnatur ab eius subiectionis exordio. Contra verò Quirós nullam in vtroque inconsequentiam reperiit contendit sect. 1. num. 5. argumenta eius leui manu tangens, nec soluens fortiorē; quamuis ea) vt in Arriaga iacent, & premuntur) solidius possent dissoluere.

Nescio autem an si vterius premantur, dissolui ita facile queant.

2. Sic igitur horum dictorum in hac negatiua conclusionē inconsequentiam ad suam illam constitutionem libertatis voluntatum diuinarum per extrinsecum aliquid ducto longius Arriagæ discursu ad solutiones, quæ ipsi possent adhiberi: confutandas ostendo, implicat formale constitutum vnius esse formale constitutum alterius, siue vtrumque posituum, siue alterum posituum, alterum verò negatiuum sit; alioqui non duo constituta illa, sed vnum omnino esset: maxime in præsentē, & constitutionis libertatis effectum diuinarum per extrinsecum: in qua Dei affectus omnes, tam necessarij, quam liberi quoad intrinsecum idem tam realiter formaliter quàm formaliter ex natura rei, seu realiter virtualiter omnino sunt; atqui cum voluntas non creandi mundum adesset loco voluntatis creandi mundum oppositæ, vel cum adesset, vti adesset voluntas creandi mundum, loco illius non creandi, quæ esse absolute posset, duo adessent in diuina voluntate, quæ non esse in illa absolute poterunt; nempe & positua voluntas creandi mundum, & negatio voluntatis aduersæ non creandi mundum: aut nihil extrinsecum datur, quod duplex illud liberum constituitur præter negationem mundi illius non creandi, quæ quidem negatio voluntatis creandi illum mundum in horum opinione formaliter libera constituitur, sicuti creatione mundi positua libera voluntas illam creandi in eorum opinione constituitur.

3. Patet: contradictorijs quippe negatione, cuiuslibet contradictorijs positui, contradictoriorum negatiuum formaliter constituitur: ergo nihil extrinsecum ab his assignari potest, quo libertas voluntatis posituæ non creandi alium mundum, quam etiam adstruere de facto debet, ne detur pura omisso libera, esse Deo impossibilis siue extrinsecum connotato formaliter illam constituitur: quod etiam in alia tua opinione reputas impossibile. Hoc potest argumentum ita instructum faciem, sed minimē facilem nostri Quirós solutionem ostendit vt pote non satis penetratè difficultati adhibuit. Etsi enim, in sua, & reliquorum connotantium doctrinæ extrinsecæ quæ ad formalem libertatem diuinæ voluntatis formaliter constituendam spectant voluntatem Dei intrinsecam, quæ tota supponitur constituta formaliter non constituant; aut liberam, quæ liberam constituant: quare constitutum formale negationis voluntatis libera creandi alium mundum, nequit esse constitutum voluntatis posituæ non creandi illum; cum tamen nihil aliud extrinsecum, quo hæc formaliter libera constituitur, vti in connotantium horum sententia debet, viliatur assignari potest. Valet autem solutio ad euerrendam omnia argumenta eiusdem Quirós contra sententiam oppositam libertatis contradictionis puræ, & immediatæ assertiuiam, vt ostendam n. 8.

4. Viget argumentum: quia ea voluntatis creationis mundi alterius negatio, est negatio eius voluntatis non solum ex hoc, vel illo, vel aliis finibus, sed omnibus; siquidem ex nullo omnium possibilium motionum, vel finium est voluntas creandi alium mundum: quare ex quocunque fine sit voluntas positua libera non creandi mundum alium negatione creationis creandi alium mundum constitui non poterit: siquidem negatio creationis mundi alterius ex illo fine, negationem voluntatis liberæ ex illo etiam formaliter liberam constituit: quare positua voluntas non creandi mundum illum ex illo fine nequit formaliter liberam constituere. Hac ratione præoccupantur euasiones omnes, præoccupantur, quæ ex diuersis actionum realium, ex solo motu, aut sine agentis rationalis, eas actiones volentis, in quam nostri connotatores extrinsecorum ad libertatem diuinarum voluntatum maiori tuenda doctrinæ necessitate, quam hactenus aut verò similitudine acti fuerunt; neque tamen hactenus aut ipsi ad inuenta elusioni argumentorum sunt satis, in principium aliud addatur, quo eiusmodi doctrinæ subterfugium insinuetur, vt videbimus q. seq. cum eorum doctrinam emolliamus certamen. 2. Micro alias ex his voluntatem negationem voluntatis creandi alium mundum, etiam illam, quam vt præcipuum, infectatur Arriaga n. 41. *et hæc est improbabili solutio*. Adde enim etiā hæc finis solutio est, vt videatur solum ad bonas impugnationes constituta.

5. Micro

CERTAMEN II.

Affirmans sententia statuitur, & propugnatur.

5. Minori sanè luce illustratam quam nos proposuimus connotatorum in negatua præsentè conclusionè inconsequentiam euidenter deprehendi putauit Arriaga. Verùm quam longè ab euidentia eorum inconsequentiam probet, facillè deprehendit, qui eius difficultatis à nobis etiam promotæ & vterius illustratæ, facillimam videat solutionem non aequa facilitate impugnandam. Ea verò è notissima diuersitate apponendi negationem positivæ entitatis, cui contradicit, petitur, & clarescit: si enim ex libertate contradictionis formaliter & immediatè apponatur libera immediatè, & in se, atque libere absolutè apponitur: sic nos, cum potentes etiam assentiri vocationi non assentimur, quin tamè dissentiamus libere atque immediatè, & in se formaliter liberam assensum negationem apponimus. At verò cum eam apponimus ex libertate contrarietatis inter assensum & dissensum vocationi eidem, quia primò dissentimus, negatio etiam assensus à nobis apponitur non tam liberè: quare nec in se immediatè formaliter libera; sed necessariò ex dissensu præsupposito ob assensum cum contrario dissensu naturalem impossibilitatem.

6. Cùm verò iuxta connotatores pro diuersitate solum liberi exercitii diuinæ voluntatis diuersa connotata debeant assignari: nunc autem asserant, Deum circa quodlibet obiectum, siue posituum, siue negatum debere actu posituum versari: sit, ut circa mundi creationem & duplici actu posituum: contrario versari Deus eorum sententia præ suâ libertate possit: *velo creare seu creationem mundi, vel volo non creare siue negationem creationis mundi*, euidenter subinde negationem volendi creationem mundi, quæ non creauit ex libertate contrarietatis volendi illam præ volitione creandi appositam esse ob impossibilitatem cum volitione non creandi: ad quam negatio volitionis oppositæ creandi illum mundum necessariò posita fuit: quare non in se immediatè, & formaliter libera; sed necessaria, solumque libera mediatè, & in alia volitione non creandi mundum illum, quam necessariò consequitur: quare malè queritur in opinione connotantium constitutum libertatis extrinsecum pro negatione volitionis creandi mundum diuersum à constituto volitionis non creandi illum, cum illa solum huius libertatem iuxta præsentem conclusionem fortiaur.

7. At iniques: negatio creationis mundi alterius satis habet, ut suo modo in rebus sit, atq; à Deo apponatur negatione volitionis creandi mundi alterum, ut patet: sic ut cuiuslibet agentis sublatione eius actio, & effectus perit, ergo opus non habet volitione positua Dei: ergo non est necessaria volitio Dei, ut sit negatio creationis mundi alterius: ergo, & potest esse à Deo per puram omissionem volitionis. Hoc molium contra connotantes speciatim non est, sed vniuersum contra omnes negatua sententia Doctores: patet, quælibet enim creationis mundi negatio volitione positua Dei de ipsa non egerit: eger tamè Dei perfectio ob rationes quas nobis certè 2. opponemus, positua volitione in illam fieri. Nec minus communis impugnatio est, negationem creationis nullam bonitatem habere, ac proinde non posse à Deo posituè amari: sed frigit: quia in ordine ad placet potest conducere, atque ex adiunctis motibus honorari: & si quid, probaret Deum ad actus suos libertatem contrarietatis non habere circa obiectum idem: cum velle solum illud iuxta hanc rationem posset, vel non velle, non autem velle, vel nolle, quod contra omnes est.

8. His reiectis obiter manent affirmantis sententia: probationes leues: negantesque connotatores ab inconsequentia vniuicatis, contra quos illud solummodo speciale, ac solidum est, non posse scilicet illos negatiuum hanc conclusionem verosimili adhuc ratione probare: cum enim quævis, Dei volitio libera, siue directa, siue reflexa extrinsecum solummodo volitioni Dei intrinsecæ addat, nihil bonitatis, & perfectionis intrinsecæ, & diuinæ, imò neque intrinsecum aliquid, ad quod bonitas, & perfectio intrinsecæ diuinæ, quali excedatur, & explicetur, affert, cum adest, nullum cum abest: quare Deus æquè perfectus non intrinsecè solum, verum, & extrinsecè est omissione pura vobis negationis creationis mundi alterius, atque volitione liberè creationis mundi alterius, ut de se se patet; quare extrinsecum ad libertatem affectum voluntatis diuinæ constitutendam, in præsentem negatiuum conclusionem ibunt.

Carissimè, de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

1. Censet Dei voluntatem libertatem contradictionis, nec solum contrarietatis ad suos actus erga creatura obiecta habere: quare posse pure suspensiuè se in cuiusvis omissione habere, quin contrarium actum debeat apponere, ut ratione impossibilitatis cum ipso actus alius necessariò consequenter omittatur, & abicit: ac subinde omissionem cuiusvis actus diuini, & appositionem actus oppositi, posse immediatè proximè & formaliter liberos esse, atque à voluntate diuina prodire ita censent Ferrata in 1. S. Thom. cont. Gent. cap. 81. vbi aliquatenus Sanctus Doctor videtur fauere, Gonzalez, Albelda Dominicanus 1. p. disput. 52. sect. 2. Nostri etiam Albertinus tom. 1. princip. 4. quæstion. 4. Theolog. dub. 2. numero 9. Falolus 1. part. quæst. 14. art. 13. dub. 16. numero 282. quos in hanc Conclusionem inclinare fatetur Quiros sect. 3. initio sed in homine, qui in dubium vocat: an Valquez noster præfinitionibus antecedentibus Soaristicis nostrorum actuum liberorum per scientiam mediam regulatis consentiat, vel aduerferet? (cum tam longam contra Soarium disputationem Valquez texuerit, contra electionem efficacem de se hominum ad gloriam ante præiusta merita eo quod horum libertati ac meritis repugnet) dubitatio nedum inclinationis in suam aduersam sententiam aliorum doctorum confessio pro legitima horum mente, & citatione habenda est. Refert item pro nostra hac sententia Recentiores citatos à nostro Luisio Torres 2. 2. Typographi vitio disp. & dub. falsò numeratis, & quidem, cum apud antiquos doctores quæstio hæc ex insituto disputata non fuerit: imò neque obiter ab aliis, præter Scotum, & Marfilium, negata Deo contradictionis ad suos actus libertas suspicior à Thomistis Dominicanis illam cum Ferrata, imò & à præcis reliquis suppositam: cum nemini eorum utrūque libertatis genus non innotuerit, neutrumque fuerit ab eis Deo denegatum.

2. Probatur conclusio. Libertas contradictionis æquæ, ac contrarietatis in nobis quid creatum est: ergo à Deo ex arte sua productum; ergo productum ex aliqua idea, & exemplari diuino atque in Deo sit formalis, & propria contradictionis libertas non erit in Deo nostra huius libertatis idea, & exemplar ex quo à Deo, & ex arte producatur: ergo est in Deo contradictionis ad suos actus formalis immediata libertas: in primo antecedenti supponimus, quod supponi ab omnibus in hac Theologiæ quæstione monuimus præfatione quæstionis finem esse in creaturis rationabilibus, earumque voluntate, & arbitrio dari formalem libertatē puræ contradictionis; nec solum contrarietatis. Duplex inde deducta consequentia certa ex Theologicis principiis est, atque à nullo Theologo neganda; subsumptum verò postremæ, & duabus illis, consequentiæ adiunctum probatur: quia, si in Deo tantum sit contrarietatis, non autem contradictionis ad suam voluntatis actus libertas; solum erit in Deo exemplar progressionis ad omissionem liberam à voluntate mediata, & in alio, in se autem necessariam; non autem progrediendi immediatè, & in se liberam: quandoquidem egredi in se immediatè liberam omissionem diuinæ volitionis, in aduersa sententia solum admittente libertatē contrarietatis, neganteque libertatem contradictionis ad suos actus in diuina voluntate est illi prorsus impossibile. Confirmatur: quia exactissimam diuini exemplaris, siue Dei imaginem in hominis formatione, & creatione adeo tentatam accuratissimo studio, dispositam perfectissime Genes. 1. in libertate voluntatis, & arbitrio creato Patres in primis recognoscunt: quos magno n. recitauimus, t. 1. de Deo vno contr. 3. d. 1. de prædeterminatiui Thomisticis præfinitionibus disputantes.

3. Nec satisfacies, si dicas: exemplar, & ideam diuinam non debere esse formaliter respondentem prædicatis, quæ in creatura ad eius exemplum & imitationem à Deo exprimuntur; sed satis esse creaturæ formate

formate ad exemplar idearum diuinarum eminenter in illis contineri, sicuti satis est vt actiue à Deo fiant, contineri illas eminenter in virtute, & potentia Dei: ita ergo in libertate contrarietatis perfectissimæ diuinæ, quæ sola in opposita sententia Deo potest competere, & contradictionis creata libertas eminenter continetur, ad cuius exemplar proinde delineari à Deo, ac sculpi in nobis valeat. Etenim, et si idearum, atque exemplarum diuinorum in creaturæ prædicatis expressio omnino illis conformis formaliter esse nec debeat, nec valeat, cum in quouis genere, & linea hæc sint, infinitè à prædicatis diuinis lineæ, & generis cuiusque superentur: aut generis, & lineæ eiusdem esse debent prædicata diuina, vt creatorum eiusdem lineæ ideales cause, & exemplaria esse possint. Pone Deum non intellectum, nec intelligentem per impossibile, omnipotentem, tamen creaturæ rationalis idea, & exemplar nullius Theologi sententia esse possit: & si ratione prædicati alterius superioris, & eminentioris actuum principium eminentiale esse valeret: vt ignis, & sol caloris, & lucis principia actuum sunt, cum quibus nullo prædicato formaliter concordant: quia ad continentiam eminentialem actuum ea formalis correspondentia producentis, cum producto non requiritur: sed satis est eminentior agentis entitas & virtus toto etiam genere ab effectu discordant.

4. Continentia verò idealis formalis prædicati ad prædicatum cuiusvis generis, sicuti in ideis, & artefactis materialibus lineæ ad lineam, & formæ, seu figuræ ad figuram formalis correspondentia esse debet: quin satis sit speciosior formam, aut faciem esse, vt exemplari deformiori substituat. v. g. speciosissimus homo in equi aut simæ depingendæ exemplar nequit adhiberi: vnde fit prædicatum entis à se in quo prædicata reliqua diuina, quorum imitatio in creaturis est, tanquam in radice, quam metaphysicè sequuntur, continentur, ideam, solus prædicati entis in creaturis reperi: & exemplar proprium & formaliter esse, non reliquorum, quæ in creaturis reperiuntur: quovisque eiusdem lineæ prædicata Deo formaliter posterioribus signis metaphysicis adueniant id quod Patres, & Theologi omnes supponunt, & expresse asserunt eorum plerique, qui de ideis diuinis explicatius disputant, dum ideas diuinas pluraliter nominant: cum tamen prædicatum entis à se vnum, & metaphysicè adhuc infectile esse cognoscant.

5. Nec obstat Deum non habere prædicata plura eiusdem lineæ cum creatis aliquarum creaturarum, quas tamen non solum actiue, sed idealiter etiam causat: ea quippe prædicata imperfectionem dicunt verbi gratia corporeitatis in corporibus creatis, secundum quam præcise ab idea, & exemplari diuino formaliter non proueniunt: quin imò ab eis, sicuti, & creata omnia, in prædicato entis ab alio necessario deficient: sunt autem materialiter creata omnia physicè à Deo, vt exemplari, & idea; formaliter verò secundum ea prædicata, quæ in sua linea imperfectionem non inuoluunt, quorum titulo Dei, vt exemplaris imagines, vilissimæ etiam, & abiectissimæ creaturæ sunt: et si rationales creaturæ atque corporeis solus homo imaginis diuinæ nomine dignatus à factore suo Deo merito fuerit: quia plerisque prædicatis assimilatur, ac pleraque attributa, & perfectiones præ corporis creatis reliquis refert: in aliis vero, quæ tam homo, quam creata reliqua non referunt: sed à diuinis prædicatis deficient, Dei imagines formaliter non sunt: non quidem ex artificis Dei, ac diuinæ artis defectu (vt in imaginibus ab artifice creato factis atque aliquatenus suæ multum: siue parum à suo exemplari deficientibus vñ venit) sed ob materiæ incapacitatem.

6. Ex toto igitur discursu hoc sic breui solutionis impugnationem efformo: ideæ diuinæ causalitas formaliter talis importat essentialiter correspondentiam in prædicatis formalibus eiusdem generis, & lineæ inter creaturam, & Deum ad cuius exemplar idealiter causatur: in eoque causalitas diuina idealis à causalitate diuina actiua creaturarum differt: aut creatura rationalis in prædicato libertatis, in primis, & maxime, est imago Dei absque vlla limitatione libertatis alterutius generis contrarietatis, aut contradictionis iuxta Patres, & Theologos omnes, atque adeo in eo formalissimè causatur ide-

aliter à Deo: ergo in ea linea libertatis, tam contrarietatis; quam contradictionis ad nihil in creatura debet dari formale prædicatum correspondens in Deo. Nec satisfacies, si dicas: eam similitudinem formalem, & formalem correspondentiam in linea libertatis absolute à Partibus assertam sufficienter saluari per formalem correspondentiam libertatis genericæ, quæ in specie libertatis contrarietatis voluntatis diuinæ ad suos actus à se assertæ continetur: quia in specie libertatis contradictionis, quæ in creatura admittitur imbutur imperfectionibus, quæ in Deum cadere nequeunt; ac proinde, vt nunc dicebamus, in eo sicuti, & in aliis, quæ in libertate creata imperfectionem dicunt, formaliter effectus idealis Dei esse nequit, eiusque formalis imago; imò verò à ratione formali imaginis, vt in aliis dicebamus deficit.

7. Dupliciter effugium hoc præcludo: Primo posuit ostendendo libertatem contradictionis, tam longe ab imperfectione libertatis esse, vt potius perfectionem libertatis importet: secundo: rejiciendo imperfectiones, quæ Deo ex libertate contradictionis ad actus suæ voluntatis succrescere posse videbantur. Primum (quod secunda nostræ sententiæ probatio præcipua est) sic præstato: libertas voluntatis ad suos actus est potestas, & dominium voluntatis in illos: ergo, quo maior fuerit potestas absolutiue, que in illos dominium, eo absolutius, perfectiorque in genere suo erit voluntatis libertas Deoque subinde, cuiusque voluntatis, quæ in suo genere summa absolutissima, & perfectissima libertate ad suos actus debet polleere, est concludenda: atqui libertas contradictionis vltra libertatem contrarietatis voluntatis ad suos actus maiorem dicit potestatem, & absolutius dominium voluntatis in illos; imò aliquidque vtriusque libertatis coniunctione in voluntate acquirit esse eius in suos actus potestas absolute talis, absolutius dominium in illos: ergo neque absoluta, necum absolutissima, summa, & perfectissima libertas subsumpti vtriusque exemplo domini ciuiliis ad oculum, vt aiunt, monstratur: qui enim in rem aliquam (puta pecuniam, pallium) potestatem cui lem haberet solummodo vendendi, aut permutandi: non autem donandi, non solum minorem potestatem, curtiueque dominium ciuile in illa haberet, quam si haberet vterius etiam potestatem ea donandi: verum neque absolutam in ipsa haberet ciuilem potestatem, absolutumque eorum dominium in solidam, quod aiunt: atqui sola libertas contrarietatis voluntatis ad actus suos seclusa libertate contradictionis ad illos, solum dicitur si potestatem permutandi vnum actum suum pro alio, vt aduersarij fateantur, aientes, opus esse, vt voluntas solummodo libera libertate contrarietatis actum oppositum eliciat, vt oppositum alterum omittat: ergo voluntas, quæ solum habet libertatem contrarietatis non autem contradictionis, etiam ad suos actus, non solum minorem naturalem potestatem, & curtiue dominium in illos habet, quam haberet, si vtramque ad illos libertatem haberet: sed nec habet in ipsos absolutum (ne dum summum) dominium & in illos naturalem potestatem.

CERTAMEN III.

Solida à solutione obiectionum probatio tertia.

1. **S**ecundum (quod est tertium nostræ conclusionis argumentum) præstato ostendendo omissionem pram volitionis diuinæ de mundi creatione nihil perfectionis diuinæ intrinsecæ, & diuinæ voluntatis, cuiusque exercitij minuire; et si loco volitionis illius voluio aduersa negationis creandi mundum in voluntate diuinæ non substituitur: id autem in connotatorum sententia qui id etiam opponunt clarissimum est, vt diximus certam. 1. numero 8. quare in casum multis refectionibus diuinarum volitionum supra seipias defectum perfectionis hunc in voluntate diuinæ deducere ex parte omissionis possibilitate corroborat. Quibus numero octauo & nono cum ex connotatoribus sit: sed in non connotatiui sententia speciem difficultatis habent: cum enim voluntas libera creandi mundum diuinam quid, & intrinsecum habet

habebit formaliter imbibitam bonitatem, & perfectionem, quæ si pure omittatur, aberit à Deo, quin volitio contraria de non creando mundo loco illius substituitur bonitate & perfectione sua, cum pure altera omittitur, bonitatis, & perfectionis illius defectum compenfer: ergo minus bonitatis, & perfectionis adest Deo, cum pure omittit velle creare mundum, ac quando vult illum creare, vel vult positivè non creare illum. Nihil diuini adhuc ex necessariis dicere formaliter bonitatem, seu perfectionem, vti, nec entitatem de personalitatis docui contr. de Trinit. d. 6. q. 7. & hic contr. i. disp. 9. quo argumentum euanciscit.

2. Instas: & si vna solum entitas, bonitas, eaque indiuinam tota formaliter essentia sit: at verò reliqua intrinseca diuina prædicata identitatis cum essentia, inter ac subinde cum eius bonitate bona & perfecta adiectiue, sicuti, & entia, vera, ac non per rationem facta sunt vt citatis locis ostendimus: ergo saltem minus bonus adiectiue, & extensiuè, & imperfectior Deus erit, siue eius vnica bonitas ad pauciora prædicata intrinseca Deo se extendit, atque in paucioribus explicabitur, ac elucet, cum libertate contradictionis pure & immediate omittit: ergo extensiuè saltem non est adeo bonus, & perfectus, si pure omittit ex immediata contradictionis libertate, ac cum omittit ex libertate contrarietatis oppositum actum omisso, seu omittendo substituit, ad quem æque atque ad omittendum, sese diuina bonitas extendat, & in quo æquè explicetur, & elucet, atque extendetur, elucet, expliceturque in omisso, si adest: vtgetur: quia, etsi personalitates diuinæ bonitatem, & perfectionem diuinam in se formaliter non imbibant: quia tamen eam identitatis iure participant, ac subinde bonæ, & perfectæ adiectiue sunt ex negatione, & puro defectu personarum cuiuslibet minus bonus, & perfectus, imò absolute imperfectus Deus foret: ergo etiam ex negatione, & puro defectu volitionis liberæ pure omittit quæ opposita volitio substituitur, in qua diuina bonitas explicetur æquè, & elucet, atque in opposita omittit elucet, ac explicaretur, minus bonus & perfectus, imò absolute imperfectus Deus erit quod implicat: ergo, & implicat in Dei voluntate pura omisso, siue immediata contradictionis libertas ad suos actus, & eorum ommissiones, ex qua ea repugnantia inferuntur.

3. Respondetur primo, implicare in terminis minus bonum, perfectumque absolute Deum absolute esse persistentem, tam formaliter, quam illariue totius eius perfectione, & bonitate, vt argumentum supponit. Solum quippe ex formæ denominationis imminutione eius denominationis, & formalis effectus potest decrecere; dammodo subiectum (sine quo denominatum formaliter, seu totum, non adest, qui formalis eius formæ effectus est) totam formam denominantem recipiens perscueret: vti in casu ommissionis pure Deus, cuiusque voluntas, & volitio quoad necessaria perfectæ, nisi libera alia opposita non substituat omittit, vt ex dicendis q. 6. de constitutione libertatis volitionum librarum Dei formali (quantum in hac vita fieri possit) clarebit: solum, vt summum, inferunt non fore in Deo aliqua adiectiue bona & perfecta ac propterea numerum metaphysicum ita adiectiue bonorum, & perfectionum decrecere & Deo deficere (quod in contingentibus, & liberis Dei prædicatis nullius incommodi & absurdi est) non autem ea, quæ in Deo persistent, vt Deus ipse, minus perfectæ bonaque esse, nedum absolute imperfectæ, vt patet. Hinc ad constitutionem à paritate personalitatum diuinarum (quæ æque ex aliis attributis diuinis communibus duci etiam possent) respondeo facillime.

4. Non enim ideo minus bonus, perfectusque, nedum absolute imperfectus, Deus foret personalitate aliqua, vel pluribus deficientibus: quia aliqua eadem bonitate adiectiue bona & perfecta ipsi tunc deficerent sicut nec deficiente palmo vnæ eadem omnino albedine per singulos eius palmos replicata tres reliqui palmi minus albi, vel intensius, vel extensius minus albi essent, atque propriè possent: sed quia, tam personalitates, quam reliqua necessaria Dei attributa metaphysica agnata metaphysicè, naturaque, & essentia sua identice connexa physice cum essentia, ac proinde cum

Christoph. de Ortega de Deo Pna. Tomus II.

entitate, bonitate, & perfectione diuina per locum ab intrinseco, siue per se quarto modo, sunt: quare quouis eorum deficiente Dei bonitas illatiue deficeret: vnde minus bonus, & perfectus, imò absolute imperfectus Deus, quouis ex necessariis deficiente, foret: non ex defectu formaliter alicuius adiectiue boni, ac subinde minoris, siue minus extensi, & ampli numeri metaphysici adiectiue bonorum, sed illatiue ex defectu non partis solum, sed totius bonitatis, & perfectionis diuinæ: quæ ex necessarij cuiuslibet prædicati diuini defectu defectura inferunt, ac per locum ab intrinseco per se quarto modo colligitur: quod ex libera volitionis, contingentisque cuiuslibet diuini prædicati defectu omnium sententia non inferuntur.

5. Respondeo secundo admittendo ex defectu alicuius solummodo adiectiue metaphysice boni minus, curtiusque bonum, & perfectum Deum fore (quod falsum esse proximè ostendimus) adhuc nihil imperfectionis in Deo hoc argumento ab aduersariis probari in suppositione possibilitatis pure ommissionis suorum actuum à creatura voluntate: etenim in huius suppositione, atque immediate libertatis contradictionis ad illos, atque ad merum in ommissione volitionis actus prohibiti, in hac ex honesto motiuo proposito, ne velit actum prohibitum, cum eius propositione à volitione actus prohibiti de facto detinetur, illamque pure omittit, est moralis bonitas, & honestas: ergo, & in ommissione pura Dei ab actu aliquo, ex fine eodè honesto, ex quo illius ommissionem, vel negationem actus intrinseci posset velle (pura ex motiuo exercendi suam libertatem, vel quopiam alio) erit etiam honestas æquiualens volitioni faciendi aliquid extrinsecum, quæ æquiualeat, compenletque eius moralem honestatem, quin opus sit substituta volitione positiua libera non faciendi illud extrinsecum, seu non eliciendi volitionem faciendi illud, qua volitionis huius honestas, & bonitas compensetur.

6. Sed neque negatiuum exercitium libertatis minus capax est suscipiendi physice denominationem bonitatis, & perfectionis diuinæ, quam libera volitio, siquidem quoad positium actus nihil omnino addit volitio libera Dei supra necessariam quam supponit (& si tota intrinseca Deo sit libera volitio) cui tanquam positium communicari diuina bonitas possit: nihilque eius omisso de volitione necessaria præsupposita etiam detrahit, vt minus aliquid positium relinquit, cui diuina bonitas communicetur: quin positium entitati volitionis Dei necessaria identificatur omnium sententia: siue enim omisso volitionis liberæ creandi mundum alium immediatam libertate contradictionis (vt nos fieri posse asserimus) siue solum mediate libera ex libertate contrarietatis, absolute tamen in voluntate Dei non est volitio creandi mundum illum: ac proinde in voluntate Dei absolute est eius volitionis omisso: quoad exercitium verò libertatis, a qua omnino sunt, tam volitio illa mundi alterius, quam eius omisso sunt prorsus æquales, nec aliam habet formam vnā, quam alia: sed voluntatem eandem indifferentem à qua, & cuius exercitium liberum in alterutra est vtrique habet: quare in ea libertate voluntatis in actu secundo, quod supra necessariā Dei voluntatem, & volitionem addit alterutra, & ad quam in quouis earum Dei bonitas, & perfectio extendi specialiter potest, & explicari, æque sunt ambo capaces vt ad eas extendatur & explicetur: imò ad plura extendi potest exercitia libera, si vtrumque, & contradictionis, & contrarietatis liberas in diuina admittatur voluntate.


7. At instas: Quiros: quidquid in Deo sit volitio libera non esse in ea aliquid mali, sed boni; imò summi boni; saltem adiectiue dicti, à summa bonitate Dei, & de cuius præsentia Deus gaudeat, cum ipsam volitionem non ignoret dum adest: quare, cum nihil sit Deum à suæ volitionis amore retrahens, necessariò in ipsam, aliquamve loco eius foretur, vel vtramque pure omittit: gaudij nimirum vtriusque priuatus. Respondetur liberum, & contingens quoduis eo præcise, quod contingens sit, non esse bonum necessarium, ac necessariò à Deo amandum, alioqui contingens non esset, nec vnum loco alterius posset à Deo substitui, vt ad libertatem contrarietatis tuendam fieri posse aduersarij fatentur: etsi enim diuina volitio libera, qua talis, intrinseca omnino Deo, ex suppositione quod sit, bonitate infinita Dei bona infinitè sit; tamen pro priori voluntatis diuinæ ad suum exercitium liberum, non supponitur existens, aliquid eius

H 2 eius

eius exercitium liberum, sed solum possibile contingenter: in quo, & negationis suae actualis, & exercitii possibilitas (vnde cumque apponi à voluntate possit) & contingentia continetur. Ex qua utriusque extremi contingentis propositione constat alterutrum bonitatem solum proponi in utroque extremo, & in alterutro solummodo possibilem, & ex utriusque defectibilitate, in quouis eorum defectibilem: quod satis est, ut neutrum ex illis amari necessario à Deo debeat: sicuti amari necessaria omnia debent: ut autem aliquid non ametur necessario non est opus mali aliquid positum habere: sed non esse necessario bonum, sed contingens à contingentia sui: & si non bonitatis, qua, casu quo fuerit, bonum erit.

8. Præterquam quod defectus extrinseci boni, & convenientiae, ob quam hæc volitio (ex qua velis libertatem) à Deo non erit, sed eius potius negatio, satis boni oppositi, quod hic, & nunc ipsi non adest erit, ut volitione illa voluntas Dei ablineat, pureque omittat, sicuti, & satis est, ut omittat illam volitionem, cum ob eandem bonitatem, & convenientiam extrinsecam, ex libertate contrarietatis non illam volitionem liberam apponit Deus; sed adversam in adversariorum sententia: illud de defectu gaudij de illa volitione finisolum est: nam cum volitio ipsa contingens sit, & cuius defectus imperfectionem in Deo, seu perfectionis diuinæ imminutionem non arguat, ita neque reflexi gaudij illius (quod è sui etiam obiecti contingentia est contingens) defectus diuinam minuet perfectionem, nedum Deo imperfectionem appingeret. Adde etque Deum de vero suo exercitio libero in omissione pura volitionis illius letari posse; imò, & de facto gaudere ob eius, tum moralem, tum ob physicam bonitatem, cum pro suo arbitrio contigerit, ac de ipsa libera volitione, quæ omittitur, ut diximus immo, 5. & 6.

9. Denique leuissime opponit idem author: non processum Spiritum Sanctum ex omni exercitio libero voluntatis diuinæ si pure Deus è contradictionis libertate omittat; cum è carentia pura voluntatis, & volitionis procedere nequeat: etenim si de processione perse quarto modo Spiritus Sancti loquatur, exercitio illum libero aliquo procedere absurdum, & censura dignum erit, si asseratur, si materialiter solum, & identice potius inferatur negatio exercitio libero contradictionis voluntati diuinæ non procedere illum ex omni exercitio libero, quam si hoc etiam exercitium liberum admittatur: iam dixi puram, quam in Deo omissionem admittimus omnes, positum volitionis necessitate includere, & positum indifferentiam voluntatis diuinæ in actu primo, omnium etiam sententia, quo ratio tacta cessat: quomodo autem volitionis, qua qua libera, omittio, quæ eius, qua talis, puram carentiam sonat, diuinæ voluntati, & volitioni identificetur, Mysteriorum libertatis diuinorum actuum est: nec minori difficultate in identitate in adversis seque mutuo excludentibus volitionibus diuinis q. 6. explicandum; si status viæ plenam eius difficultatis complanationem, & explanationem assequi possit.



QVÆSTIO V.

De affectuum liberorum Dei extensua, quoad durationem, magnitudine.

QVæstionem circa necessariam affectuum diuinorum tota æternitate durationem à Theologis antiquioribus suppositam potius, quam ex instituto disputatam Recentiores motis, ac expensis hinc inde difficultatibus iusto longiorem fecerunt; nobis autem iusta dignam disputationem: ex duplici autem capite necessaria volitionis libera per totam Dei æternitatem duratio in quæstionem videtur vocari. Primum, quia semel habita per liberam aliam contrariam à Deo, vel de se, siquæ præcisa libertate, vel etiam motibus aliquibus occurrentibus conceptam deficiat: sicuti primo non ipsa, sed eius loco opposita libertate contrarietatis concipi à Deo potuit. Secundo quia è Dei libertate contradictionis, quam q. 4. statuimus,

vel in tempore incipere, vel succedente, aut succedente tempore omitti pure à Deo possit ac cessare: nullo modo tempore libera Dei volitio huc ex libertate contradictionis, siue contrarietatis à Deo habita, libera non est: quare ita esse pro quouis instanti temporis debet, ut absolute pro priori naturæ ad eius in actu secundo positionem potuerit non esse: quare etiam suppositione quod in hoc instanti sit consequenti impossibilitate non effugueat; absolute tamen in secundo pro priori, ad eius in ipso positionem non esse poterit ex alterutra libertate ita in primo fuit, ut pro priori illo signo non esse absolute potuerit: utrinque ergo examinanda in presentiarum quæstio erit.

CERTAMEN I.

Ex diuina volitionis libera positua retractione per aduersam nequit liberæ Dei volitio cessare per scripturam, & Patres.

1. **C**onclusio hæc domatica est à nullo Catholico Doctore negata num. 23. non est Deus, quæsi homo ut mentitur: neque, ut filius hominis ut muerit. 2. Reg. 15. Triumphator in Israel non pariet, & p. autem non flebitur. Neque enim homo est, ut agat penitentiam. Illud, verbum autem (voluntatis prædictum) Domini manet in æternum: & 46. Consilium meum (decretum) si alii & immutabilis manet. &c. Malach. 3. ego Dominus, & non mutar. Prou. 19. Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem Domini in æternum manet. Iac. 1. sp. quæ non est immutabilis, nec vicissitudinis obumbratio: agit autem de voluntate donandi nobis spiritualia dona, & regenerationem per baptismum. Ad Hebr. 6. in quo abundantiæ rationem Deus ostendere pollicitationis hereditas immobilis est: filij sui interposuit iniuriandum: ut per duas res immobilis (nempe pollicitationem, & iuramentum) quibus impossibile est mentiri Deum fortissimum solacium habeamus: filij de superabundanti duabus aliis firmitatibus immobilitatem Consilij sui de se, nempe promissionem, & iuramentum, quibus nobis maxime propoliti, & pacti nostri firmitas innotebit, & immediate dixerat, ostendat.

2. Ad hanc autem Consilij sui, seu decreti diuini immutabilitatem ostendendam scripturæ faciendæ, futuræque et eo sunt, pro factis & præteritis quodque recentiori doctæ Hieron. in id Ephel. 2. correxisse, & consilium fieri, Theoph. ad illud Olee. 5. in die redargutionis manifestabit ibi: ac Patres plures apud nostrum Ruiz d. 25. de scient. sect. 4. ad illud Isaia. 45. iuxta Septuag. qui fecit remota. Solos ad hæc verba recitabo Bernard. serm. 68. in cant. inter med. & finem sic fatum. Nam & de meritis quod sit, cui de proposita Dei firmior suppetit, securitatem gloriam diuinitatis: Non potest se ipsum negare Deus neque non facere, quæ iam fecit, ut scriptum est: qui fecit, quæ futura sunt faciet; nec deest propositum suo Deus, & Fulgentium 1. ad Monim. cap. 12. sub init. eius sententia prophetica ita rationem reddente, in illa quippe immutabilitate Consilij sui secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum, & statuare omnia in Christo, quæ in calu. & quæ in terra sunt in ipso. Ex æternitate dispositionis sua in prædicatione iam fecit, quacunque effectu opere sui tempore congruo faciendâ disposuit: quibus locis & aliis quibus limitat Ansel. de concord. libri arbit. cum prædict. col. 5. & 6. 10. Mag. serm. 16. de possib. c. 2. & alij Patres recitati à nostro Ruiz de scient. d. 25. sect. 4. & d. 1. sect. 4. iuxta ea Isaia. certitudinē effectuum prædestinationis ex immutabilitate, propositi, & voluntatis probant non quidem ex efficacia voluntatis antecedentis Dei circa nostram salutem, & merita, reliquoque prædestinationis effectus, qui vel liberi actus prædestinatorij sunt, vel hos supponunt secundum se ipsos, etiam per scientiam mediam regulari præcise eorum effectum certitudinē præfatos Patres probant nequeunt eorum ita efficaciter antecederet salua earum libertate prædicta.